Et obligationes quascumque et quolibet tempore inter nos et nostros predecessores et singulos quoque predictos predecessores nostros vel eorum confessata, extorsata, iterata, pacta facta et gesta, ordinata, oblata, concessa, tradita, annullata, revocata, promissa et iurata fuerunt exhibenda, offerendi, faciendi, firmandi, vallandi, complendi et perficiendi, et ad omnia et ad observationem eorundem sub penis interdictionibus, cautionibus et obligationibus quibuscumque astringendi, obligandi et allegandi, sancte Romane ecclesie vice et nomine nostro et pro nobis promittendi, firmandi, ac iuramentis et certis penis nos obligandi, et omnibus modis omnibus quibus per nos fieri potest et convenit, quo iure tamen dicto domino et sedi apostolice recepti fuimus et in omni alio causa quo melius possumus et valemus, quod nos nec officiales nostri regna, provincias, ducatus, comitatus, Romaniam et alias civitates, oppida, castra, comitatum Bretenorii, loca et terras alias et territoria quecumque, iurisdictiones, homines vel vassallos cuiuscumque status vel condicionis existant, Romane ecclesie mediate vel immediate subiectos seu subiectos ubicumque vel in quocumque loco infra Ytaliam seu extra Ytaliam sint constituti, non invademus, occupabimus, usurpabimus, inquietabimus vel quolibet molestabimus, nos vel alios directe vel indirecte sub colore cuiuscumque dictionis vel titulo quibuscumque. Sed revocandi omnia et singula que sub titulo imperiali per nos facta et gesta sunt ubicumque et qualitercumque ac pro nobis promittendi et firmandi quod eadem omnia et singula revocabimus et annullabimus sub ipsa in persona per vestram sanctitatem placuit. Sed promittendi et iuramento firmandi quod ultra iuramentum promissionem, nec pactum seu aliam obligationem faciemus nec faciemus per que promissionibus iuramentis obligationibus et aliis firmitatibus et securitatibus per predictos predecessores nostros omnes aut prestatos olim ecclesie et vestre sanctitati et Romane ecclesie factis prestatis seu concessis faciendis prestandis seu concedendis possit aliquo derogari. Premissa et omnia et singula et unumquemque ipsorum ac generaliter omnia et singula et quecumque alia dicta negotia tangentia, interdicti vel aliqua aut quacumque seu qualibet sint parte seu ex eo pendentia directe vel indirecte super aut aliis nostris predictis expressa vel non expressa confitendi, excusandi vel dampnandi, anathematizandi, offerendi, suscipiendi, accipiendi, laudandi, iurandi, revocandi, annullandi, reprobandi, confirmandi, addendi, supplendi, adiungendi, complendi, ratificandi, firmandi, faciendi, gerendi, exercendi, perficiendi et affectum mandandi singulariter et expresse per vestram sanctitatem placuit et per vestram sanctitatem cum omnibus obedire volumus fuerit ordinatum etiam si maiora et graviora existerent quam premissa et que nosmet facere possemus si presentes essemus ipsa in persona etiam si mandatum quodlibet et quomodocumque exigerent speciale. Promittimus quod predictos predecessores nostros omnes alios vel aliquos eorum pendente eorum vestre sanctitati tractatu et negotio reconciliationis nostre predicte non revocabimus et si qua revocatio ab eis vel literis apparet ipsam pro nulla et irrita haberi volumus et etiam eam per nobis irritamus, revocamus et annullamus. Sed quod in quocumque casu vigorem habere non possit vel premissa vel aliquid premissorum efficere valeat vel aliquatenus derogare instrumentum vestre sanctitati.